

3219.

1336 d. 25 April.

EBBE THROTTASON förbinder sig, att nästkommande 8 Sept. betala Offe Gudmarsson 10 mark penningar eller 2 tunnor godt smör.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus. EBBO THROTTÆSON. Salutem. in domino sempiternam. Nouerint vniuersi tam posteri. quam presentes. quod recognosco Me Nobili viro offoni guthmarsson. presencium exhibitori. in decem. marchis. denariorum. sweue monete. nunc currentis. seu in duabus. lagenis. boni butyri. valentibus. decem. marchas. fore veraciter. obligatum,, eidem. offoni. vel heredibus. suis per me siue heredes. meos. in proximo futuro festo natiuitatis. beate. marie virginis. sine omni impedimento et contradiccionis. materia. fide mediaque super hoc promissa. integraliter persoluendis. In cuius rei testimonium. et cautelam. firmiorem. Sigilla [o:—lis] nobilium. videlicet. Johannis. howæth., domestice benedictæ. relicte. boecii howæth. et Hæmmingi. allæson. in euidentiamque plenioram. presentes. peto roborari. Cum proprium sigillum ad presens. non habeo. Datum Anno domini. Millesimo CCC°. XXX°. sexto. die beati. marchii. ewangeliste.

Sigillen borta; 2 remsor qvar.

3220.

1336 d. 2 Maj.

FREDRIK FINLAND, som 3:ne gånger lagligen uppbudit en på Norrbro belägen gård, hvilken Henrik Sunnudag lemnat honom i pant men ej återlöst, säljer till Abbedissan Rikissa i Clara kloster samma gård, efter förutgången värdering, för 70 mark penningar. (Jfr N:o 2267, 3149).

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus, FREDERICUS FINLAND salutem in domino sempiternam, Nouerint vniuersi me quandam curiam super area sororum sancte clare apud stochholm in ponte aquilonari constructam, a henrico sunnædagh pro pignore habuisse, termino vero elapso pro dicta curia resoluenda et multo tempore exspectato dictam curiam in consistorio stochholmensi tribus vicibus secundum leges ac ius ciuile pro resolutione eiusdem exhibui, Hiis factis et illo sepredictam curiam minime resoluente, recepi quatuor discretos viros. videlicet thýrgillum, proconsulem, rolwerum mýnster, mathiam naghel, et gerardum vÿsæ duos ex parte domine abbatisse et alios duos ex parte eiusdem henrici prout in sua littera continebatur qui ipsam curiam secundum quantitatem precii estimarent, vnde predicti sicut eam emere vel vendere velent pro septuaginta marchis denariorum vsualis monete taxauerunt, Jdcirco
recognosco

recognosco per presentes quatinus nominatam curiam inclite domicelle sorori Rikize filie illustrissimi domini magni quondam regis swecie abbatisse dictarum sororum loci memorati que in hac parte vicinior erat secundum litteram henrici supradicti vendidi pro pecunia pretaxata quam pecuniam ab eadem domicella me fateor per presentes integraliter subleuasse,, Jn cuius rei recognitionem sigillum meum presentibus est appensum, Datum anno domini. M^o. CCC^o XXX^o sexto in profesto inuencionis sancte crucis.

Sigillet (bomärke) på en ur brefvet klippt remsa.

3221.

1336 d. 20 Maj.

Lund.

SIVARD SIVARDSSON af Oraby pantsätter sina gods i Egebjerg och Lidstrup (på Seland) för 100 mark lödigt silfver, som han är skyldig Jakob Absolonsson, att betala den 29 Sept. 1338, och lofvar pantnehafvaren ersättning för de hus han kan komma att uppföra eller reparera på nämnda gods, m. m.

Codex Esromens. perg. i Univers. Bibl. i Köpenhamn, fol. 153.

Omnibus presens scriptum cernentibus SYWARDUS SYWARDI de ooraby Salutem in domino sempiternam Notum facio vniuersis per presentes quod recognosco me nobili viro et honesto Jacobo Absolonson de wethinghe presencium exhibitori in Centum marchis puri argenti sub pondere coloniensi Teneri veraciter obligatum sibi vel suis heredibus per me vel meos heredes in festo beati michaelis sub Anno domini M^o CCC^o tricesimo octauo futuro persoluendis Pro qua quidem summa argenti sibi omnia bona mea mobilia et immobilia in Eghebiærgh et læsthorp sita cum agris, pratis pascuis siluis piscaturis Coloniis et aliis dictorum bonorum pertinenciis quibuscunque inpignero per presentes Tali condicione prehabita, quod ante predictum terminum nullam penitus habeam potestatem, memorata bona aliquiditer redimendi, sed si in predicto die per me redempta non fuerint semper ad idem festum annuatim futurum, Remanebunt dicta bona sub libera ordinatione dicti Jacobi, Jta quod dictorum bonorum redditus et prouentus singulis annis libere percipiat jn summam tamen principalem debiti minime computandos, donec dicta bona pro prelibata summa argenti, in tali festo sicut superius est expressum redimantur Jnsuper obligo me ipsum Jacobum pro edificiis in dictis bonis erigendis de cetero vel bonorum ipsorum melioracionibus quibuscunque indempnem penitus conseruare, priusquam dicta bona redimantur Protestor insuper per presentes, quod omnes littere alie vsque ad diem hodiernam per nos date ex vtraque parte super causis quibuscunque irritae sint et inanes, et de cetero nullius penitus sint vigoris sicubi contigerit eas reperiri Jtem